ralis nō solum verbis. sz ⁊ moribz
q ad obsequium dei fideiq; devo
cōm gerimus. Unde d. Ime intermissione
orate. qz qui nō cessat orare nō
cessat benefacere. Verumtamen se
pe dum ad deum converti volumus. mag
a dyabolo impugnamur. ut vel odi
um virtutis incuciat. vel expul
sionis sue vindicz iniuriam. vel
plerumq; dum de corde expellitur.
acriores temptaciones excitat.

quam prius quando quietus possidebat. Sed ideo nullus desperare debet. quia ibi nullus prevalet morbus. ubi omnipotentis intervenit manus. Ideo et ad penitentiam recurrendum est. Ex predictis ergo patet. quod hoc vicium gravissimum est. et non valet excusacio quorundam qui dicunt quod est quedam pollucio. Revera pollucio est. quia polluit animam et corpus. Non tamen est illa que in corpore dormientis fit. sed potius vigilantis. Unde breviter dico quod omnis pollucio extra vas nature quocumque modo fiat. licet iam multos modos audierimus in penitentiali iudicio. quos nec audemus nec volumus appellare. est vicium contra naturam. Et omnes taliter laborantes sodomite censeantur. ut ex supradictis diligens lector colligere potest manifeste. Incipit tractatus de cardinalibus virtutibus xxv.

Post tractatum principalium vicorum sive capitalium

Invenite et minus discrete loquentis. silere non potui in hoc

ordine congruo et competenti. tractan
dum est de cardinalibus virtutibus. que sunt
iiij^or prudencia. iusticia. fortitu
do. temperancia. ut que admisimus per vi
cia. recuperemus per virtutes. et quod ab
stulit vicium. restituat virtus.
Hec autem quatuor dicuntur cardinales
virtutes. et quasi iniciales. vel prin
cipia sunt. quia ab istis cetere procedunt.
quasi a quibusdam iniciis. vel quia circa
eas tamquam circa cardines versantur.
Primo ergo agendum est hoc ordine. pri
mo videndum et considerandum est quid sit
prudencia. secundo in quibus consistat. ter
cio quod sint species prudencie. Quid
Prudencia sit prudencia.
Prudencia est bonarum et malarum rerum
utrarumque discrecio. cum fuga ma
li. et electione boni. utrarumque ponitur.
quia non sufficit bona et mala a se
adinvicem dividere. sed etiam bona ab
invicem et mala adinvicem. i. bona
a melioribus vel minus bonis. et ma
la a peioribus vel minus malis. et non
sufficit ista discernere nisi sequatur boni

electio et mali aspernatio. Unde
sequitur cum fuga mali. et electione
boni. Ex premissis patet. quod in
quibusdam consistit prudencia. scilicet
in discrecione bonorum et malorum
et in istorum electione. et in illorum asper
natione. Dividitur autem prudencia
in has species. Intellectum. providen
ciam. circumspeccionem. docilitatem. et
cauciones. Quid sit intellectus. vernuf
tichait
Intellectus est comprehensio generandorum
prius oportet generando concipere.
postea discernere. secundum illud salomonis.
Palpebre tue gressus tuos pre
veniant. Quid sit providencia. furtrach
tichait
Providencia est anima potencia vel potes
tas. quam metitur futura secundum pre
terita. ut si videamus aliquem
ex tali occasione in tale vicium
cecidisse. meciamur futura. ne
in consimile decidamus vicium. Quid
Circumspeccio est sit circumspeccio. wesich
tichait
cautela contrariorum vicium qua
fugimus avariciam. quam cavemus
prodigalitatem. Dicitur autem circum

specio. eo q̄ circumspicit hanc vir-
tutem. Salomon persuadet dicens. Omni
custodia conserva cor tuum. Doc-
tor custodiam premisit omni. ne si
huic hostium claudas. ex alia par-
te aditum pandas. Quid sit docili-
tas

Geser
michait

Docilitas est potentia
erudiendi. Dicitur autem docilitas quasi
docendi habilitas. Hec autem est rec-
ta docilitas. ut prius te. deinde
alios doceas. Unde Salomon. Fili bi-
be aquam de cisterna tua. et fon-
tes tui derivantur foras et in pla-
teis aquas divide tuas. Quid
sit caucio.

Wizi
chait.

Caucio est prudentia
discernendi vicia. virtutum speciem
preferentia. unde ait Ysidorus.
Quedam vicia virtutum speciem prefe-
runt. unde perniciosius sectatores
suos decipiunt. quia se sub velamine
virtutum celant. Nam sub pretex-
tu iusticie crudelitas agitur. et
remissio mansuetudo dicitur. et ne-
gligentia indulgentia. ~~Et dicit Gregorius~~

Sepe vicia se ingerunt et se vir
tutes esse mentiuntur. ut tenacia
parsimonia. effusio largi
tas. crudelitas zelus iusticie.
remissio pietas velit videri.
ut xli. d. capo. Sepe. Quid sit
iusticia i. recti
clipsit.

Sequitur de iusticia
de qua hoc ordine agendum est.
Primo quid sit. Secundo in quibus consistat.
Tercio quid sit species iusticie. Iusti
cia est virtus cuique ius suum tri
buens. communi utilitate servata.
suum possumus dicere. vel suum acci
piens. vel suum tribuens. Nec sine
ratione additur communi utilitate serva
ta. Aliquando est aliquis dignus pena.
quam ei dare iustum est. tamen propter
scandalum aliorum aliquando non infli
gitur. Aliquando minori pena dignus
est. tamen maior infligenda est ad
cautelam. Aliquando excusande sunt
pene. aliquando permittende. In duo
bus autem consistit iusticia. in hoc
quod redditur deo quod suum est. et proximo
quod suum est. secundum hoc in duas species

dividitur iusticia. quarum una pertinet
alia ad reddendum deo quod suum est. et proximo
ad reddendum quod suum est. Unde omnes virtutes ad iu-
sticiam referuntur quodammodo. quia in omni virtute
aliquid redditur deo quod suum est. aliquid proximo
quod suum est. Unde omnis virtutis usus
ad deum dirigitur. unde rationabiliter iu-
sticia dicitur virtus cardinalis. quia circa
eam omnes versantur. quasi circa cardinem.
Possunt etiam omnes virtutes refer-
ri ad prudentiam. Omnis enim virtus constat
in electione boni. et aspernatione mali.
Dividitur autem specialiter in has species.
quarum quedam sunt ad reddendum deo. que dei
sunt. quedam ad reddendum proximo. que proximi
sunt. Hee autem sunt species iusticie.
Religio. pietas. severitas. vindic-
ta. innocentia. gratia. reverentia. mi-
sericordia. concordia. Quid sit re-
Aristoteles Religio est virtus ligio. i.
quedam superioris vite. Unde religio
dicitur a religo religas. quia hac vir-
tute religamur divino cultui. Con-
sistit autem religio in hiis. In

diligendo deum. in reddendo gratias deo.
in exhibendo cultum debitum deo. Sed
dicitur autem religio in has species.
fidem. spem. et caritatem. Quid
Fides est sit fides .i. recht gelaubē
perceptio veritatis rerum cum asser-
tione. sine causarum cognitione. Aliter
describit apostolus fidem in epistola ad
hebreos sic dicens. Fides est sperandarum
substantia rerum. argumentum
non apparentium. Ideo dicit veritatis per-
ceptio. quia falsorum non est perceptio ali-
qua. sed quia aliquando verum percipimus
non tamen firme assentimus. quando
aliquid opinamur. Sequitur cum asser-
tione. sed quia aliquando percipitur veritas
et adhibetur firma credulitas.
mediantibus naturalibus causis. Ad-
ditur vero sine causarum cognitione. Ubi
enim causarum cognitio prevenit ad
aliquid probandum. non est fides sed
scientia. Fides est supra opinionem
et infra scientiam constituta. Siquidem
hec descriptio fidei generalis est tam

forte quam fidei informi et informa
te conveniens. tam pollicite quam catho
lice. Specialiter autem fides catholica
sic consuevit a quibusdam describi.
Fides catholica est perceptio rerum
invisibilium. veritatis ad christianam
religionem pertinentium. Res in
visibiles dicuntur hec secundum tho
logos. que nec sensu nec intellectu
comprehenduntur. sed solummodo creduntur.
ut ea que fides catholica de uni
tate trinitatis et de trinitate unitatis
et de consiliis testatur. quarum cogni
tiones cause sive naturales rationes
non preveniunt. sed solummodo creduntur.
Unde Gregorius. Fides non habet meritum.
cui humana ratio prebet experimen
tum. Item. Fides earum rerum
est argumentum que apparere non
possunt. que enim apparent fidem non
habent. sed agnitionem. Quid sit spes.
Spes est virtus principaliter.
qua speramus premium eterne vite.

iustorum meritis reddendum. Eusebius
spes est in qua salus nostra consistit. quia
de terris animas velut quibusdam ca-
thenis celitus dependentibus in ex-
as euehit ad superna. Quid sit
Caritas est virtus caritas
qua ad deum diligendum et proximum
mouemur. Deum super nos. proximum
iuxta nos. secundum hoc dividitur
caritas in dilectionem dei et proximi.
Gregorius in moralibus. Per amorem dei amor
proximi gignitur. et per amorem
proximi amor dei nutritur. Ysidorus
de summo bono li. ii. ca. iii. Cari-
tas in dilectione dei et proximi constat. Ser-
uat autem in se dilectionem dei. quia a cari-
tate non dividitur proximi. Quia a fraterna
societate secernitur a divine caritatis
participatione priuatur. Nec po-
test deum diligere. qui noscitur in proximi
dilectione errare. Xpus deus et homo est.
Totum ergo xpm non diligit. qui
hominem odit. Bonorum discretio
est non odire per sanctas sed culpas.

Addita est hec auctoritas

Addit hec auctoritas

Sz qz de caritate plene tractauimus in sum-
ma qui fecimus de penitencia. ideo ad p-
sens sicco vestigio pertransibimus.
Hec tres virtutes specialiter pertinent
ad religionem. Quid sit pietas.
Pietas est virtus qua parentibus
honorem debitum exhibemus. non so-
lum inuenerancie. verum etiam in neces-
sariorum exhibicione. Quid sit se-
Seueritas est virtus. qua communitas.
mium vtilitate seruata. districte
agimus in suppliciis reddendis.
vt non reliquamus de pena debita.
Hugo de sancto victore. Seueritas ser-
uat honestatem. castigat leuitatem.
timetur ab indoctis. Ipsa est decor
senum. virga iuuenum. ornat pre-
latorum personas. corroborat speciem
virtutum. Quid sit vindicta.
Vindicta est virtus. qua propulsamus
vicia vel iniurias nobis illatas. Sz
si alicuius quis consideret inueniet hec duo
seueritatem et vindictam non esse vir-
tutes. Cum enim omnis virtus a natura
principium habet. et sit species naturalis

Addita est hec auctoritas.

virtus iuris. Ieiunitas vel vindicta.
potius vitium habet ex infirmitate quam
a natura. Indultum est enim homini
ex infirmitate ut illatas sibi pro
pulsaret iniurias. Quid sit in
Innocentia est qualitas nocencia
mentis. omnis iniurie illacionem non
formidans. Quid sit gracia.
Gracia est virtus. qua beneficiis nos
tris racione beneficiorum grati tenemur.
Reverencia est Quid sit reverencia.
virtus. qua primis. vel aliqua prelacione sub
limis debitum honorificacionis cul
tum exhibemus. hec dividitur in duas
species. veneracionem et obedienciam.
Veneracio est virtus Quid sit veneracio.
qua reverenciam exhibemus ma
ioribus in corporis humiliacione. ges
tu et miti verborum emissione. Quid
Obedientia est virtus sit obediencia.
animi deliberati iuste iussionis ef
fectus. Nisi enim iussio fiat cum
discrecione. cum deliberati animi iussione
non tenemur obedire prelato.

Dicitur autem in duas species obedientia.
Una est qua obedimus suscipiendo honorem
in qua nichil nostre voluntatis debet
interesse. quia non debemus honorem
appetere. Alia vero in sustinendo adver-
sitates. ubi debet esse voluntas nostra.
Iusti enim est tribulationes desiderare. Unde
Greg. viii. q. i. Iacendum summopere est.
quod obedientia aliquando si de suo aliquid
habuerit nulla est. Aliquando si de suo
aliquid non habuerit minima est.
Nam cum huius mundi successus pre-
ceperit. cum locus superior imperatur.
is qui ad percipiendam hanc obedit. obe-
dientie sibi meritum evacuat. si ad
hec ex proprio anhelat. Neque enim
se sub obedientia dirigit. qui ad percipi-
enda huius vite prospera libidini
proprie ambitionis servit. Rursus
cum mundi despectus precipitur. cum probra
adipisci et contumelie iubentur. nisi
ex semetipso animus appetat. obe-
dientie sibi meritum immutat. quia ad
ea que in hac vita despecta sunt.

inuitus nolensque descendit. Debet
ergo obedientia in aduersis aliquid habere. de suo
in prosperis vero nichil omnino de suo habere.
Misericordia est. Quid sit misericordia
virtus. per quam animus in calamitate
mouetur. Hec quidem virtus quandam ex-
cellentiam caritas vel iusticia dei
dici solet. Vnde in psalmo. Dispersit
dedit pauperibus etc. Hec virtus spe-
cialiter ideo dicitur hac racione. quia dum quedam
necessaria indigentibus ministramus
sua illis reddimus. non nostra
largimur. Quid sit concordia.
Concordia est virtus concives et
compatriotas identitate vel idempni-
tate iuris instituens. vel cohabi-
tacionis spontanee vinciens.
Fortitudo Quid sit fortitudo.
est immobilis contra aduersa.
ut labor et periculorum susceptio.
Ad fortitudinem quoque referuntur
quecumque faciunt nos in aduersis con-
stantes. Hec autem sunt illa. Magna-
nimitas. fiducia. securitas.

magnificencia. constancia. firmitas.
paciencia. perseuerancia. longani-
mitas. humilitas. Quid sit for-
Fortitudo est virtus. que nec titudo
aduersitatis incursu frangitur.
nec prosperitatis blandimento ele-
uatur. Quid sit magnanimitas.
Magnanimitas est virtus spon-
tanea difficilium aggressio. Quid
Fiducia est certa sit fiducia.
spes animi inchoatam rem ad
finem perducendi. Quid securitas
Securitas est incommoditates
imminentes. et rei inchoate ad fi-
nes non formidans. Quid sit mag-
Magnificencia est virtus animi ficencia
arduorum. et preclarorum dans con-
summacionem. Quid sit constancia.
Constancia est animi firma stabilitas
et in proposito perseuerans. Quid sit fir-
Firmitas est virtus animi mitas.
omnia equanimiter portans. Quid sit
Paciencia est virtus et vis paciencia
animi contumeliarum et omnis
aduersitatis impetus cum tranquillitate.

sustinēs. Qd sit pseuerancia
Perseuerancia ē aī firmitas ī
bono ꝓposito. usq; ad cōsumacōē
ptingens. Qd sit lōgāimitas.
Longanimitas ē vtus. q̄ pacie
ter etne vite p̄miū expec
tamus. Qd sit humilitas.
Humilitas ē vtus. p q̄ ani
mus ī nullo se efferens. ⁊ nichil
boni sibi ascribēs. exterius etiā
deiectū fert hītū. īter has v̄
tutes p̄t mansuetudo ꝯputari.
Mansuetudo Qd sit mansuetudo
ē aī vtus. qn̄ hō se tolerabilem
reddit. Ad fortitudinem possūt
referri omēs vtutes. q̄ in
oī vtutis opē. q̄dam resul
tat effectus fortitudinis. Qd sit
Temperancia tpancia p̄ncipaliter.
ē vtus aī. cū sit ⁊ potēcia re
sistēdi illecebris viles īnos ī
petus facientibus. partes hūs
potēcie ad hoc ptinētes. Hec
aūt sūt. Cōtinēcia. castitas.

pudicicia. sobrietas. moderancia.
honestas. abstinencia. verecundia.
modestia. Quid sit continencia.
Continencia est virtus abstinen
di ab illecebris. Quid castitas.
Castitas est virtus sub iugo ra
cionis. impetum libidinis refrenans.
Pudicicia Quid sit pudicicia.
est virtus non solum impetus libi
dinis cohercens. verum etiam signa
cohibens. Signa autem libidinis
sunt hec. gestus corporis. status
mentis. vel vestis. Et ista differen
cia est inter pudiciciam et casti
tatem. Castitas enim refrenat
motum. pudicicia vero motum et
signum. Castitas dividitur in tres
partes siue species. In statum virgina
lem. continenciam vidualem. et pudi
ciciam coniugalem. Quid virginitas.
Virginitas est virtus. qua homo sic re
frenat motus concupiscencie carnalis.
quod non incurrit lubricum carnis.
Continencia Quid continencia.
vidualis est virtus. qua post expi

mentum luxurie non amplius se subiicit
experiencie. Quid sit pudicicia.
Pudicicia coniugalis est virtus
que per matrimonii sacramentum reue-
lat carnale commercium. Quid sit
Sobrietas est virtus. Sobrietas.
qua excessum cibi et potus cohibemus.
Parcitas Quid sit parcitas.
est virtus. qua retinemus retinen-
da. sicut largitas est virtus. qua
damus danda. Vnde largitas ad
temperanciam potest reduci. Humilitas di-
ditur in tres species siue gradus.
Primus est in quo homo humiliat se ma-
iori. et non preferre se equali. hic vo-
catur sufficiens. et iste gradus est
necessarius omni iusto. Secundus gradus est
subdere se equali. nec preferre se mino-
ri. et hic dicitur superhabundans. Tercius perfectus
est humiliari et subdere se minori.
et hic dicitur superhabundans. in quo est
omnis iusticia. Vel parcitas
potest dici virtus mensuram refec-
cionis non excedens. Quid moderancia.

appetitum

Modestia est cibo[rum] nimium im-
perio rationis revocare. Quid sit
Honestas est nec honestas.
lauciora querere fercula. nec accu-
rationi apparatus operam dare. Quid
Abstinencia est abstinencia.
statutum tempus prandendi non preveni-
re. Et est differencia inter abstinen-
ciam et continenciam. quia abstinen-
cia est in cibo. continencia in coitu.
Verecundia est Quid verecundia.
feda et superflua verba reprimere.
Modestia est Quid modestia.
corporei ornatus et cura necessa-
rie superlectilis immoderatum re-
vocans usum. Hee virtutes spe-
cialiter ad temperanciam pertinent. Omnes
tamen ad temperanciam reduci possunt.
quia cum virtus sit medium viciorum
utrique redactum. In omni virtute
potest considerari effectus temperancie.
Ubi nichil est superfluum et nichil est
diminutum. Cingimur acturi
temperancia. Accingimur pugnaturi

fortitudine. Succingimur iturus pru-
dencia. precingimur ministraturus iu-
sticia. Dicitur autem virtus a vi. quod
est necessitas. vel quasi vi stans. quia
secundum eam resistitur vicio. Nulla enim
potencia virtus dicitur. cuius usui ali-
quod vicium non opponitur. Unde casti-
tas que resistit luxurie virtus con-
setur. et sic de aliis. In usu autem
virtutis duo sunt necessaria. scilicet officium et
finis. Ubi gratia. Ille est castus
non propter deum. sed propter humanum fa-
uorem. vel quia impotens ut castra-
tus. Castitatem habet in officio. sed
virtus non est. quia caret fine de-
bito. quia non hoc facit propter deum.
Alter vero in uno criminali existens
alii resistit vicio propter deum. talis
obseruat finem debitum. sed carens
debito officio. dum peccat in altero.
Qui enim vult placere deo. ab omnibus
se abstinet. Qui autem deliquit
in uno. reus est omnium. Cum ergo.

usus virtutis in duobus consistat.
in officio et fine. Sola voluntas
non est virtus, quia multi philosophi volue-
runt abstinere sed non propter deum.

Explicit tractatus bonus de con-
fessione. Incipit tractatus de penitentia
alius de confessione.

Cupiens generaliter a peccatis
confiteri diligenter recogitet
omnes annos suos. dies. tempora
et momenta in amaritudine anime sue.
et de omnibus malis que gessit. a primo
quo peccare potuit. sic dicens. Ego
peccator indignus culpabilis. fedus
et noxius. tibi domino deo omnipotenti. beate Marie
virgini et apostolis petro et paulo. et omni-
bus sanctis et tibi patri confiteor omnia peccata
mea. quecumque commisi in conspectu tuo.
in cogitationibus illicitis. de lecta-
tionibus pravis. operibus nephariis omni-
bus diebus vite mee. Et primo

recognoscat si quinque sensus suos
sub debita regula et custodia non tenuit
neque eis ad laudem dei et edificationem
proximi usus fuit sed potius eis sit ab
usus in propriam carnis sue delecta
tionem et proximi scandalum laqueum et
deceptionem. Primo de visu
Et primo recogitet de visu si de
lectabiliter vidit mulieres pulcheras ad
concupiscendum eas. si ludos spectacula
chorea frequentavit et libenter
aspexit. si aliqua impudica delecta
biliter vidit et ex hoc ad interiorem concu
piscentiam et eius consensum motus fuit.
si ex procatu vago et impudico as
pectu feminas ad amorem carnalem
visus fuit allicere. Ex de auditu.
Secundo recogitet de auditu si
ex consuetudine verba vana curio
sa turpia et carnalia libentius au
divit quam verba edificatoria.

Si talia verba libenter dixit et ad di-
cendum alios provocavit. Si mendacia
officiosa. iocosa. vel perniciosa. iura-
mento falso affirmavit. Si verba
adulatoria et detractoria libenter
dixit. seu dicentibus auscultavit.
Si detractiones aliquas sub specie zeli
veritatis et equitatis occultaverit.
cum tamen plus intenderit proximi nocumen-
tum vel fame denigrationem. quam
amore veritatis. et iustitie sive
proximi emendationem. De odoratu.
¶ Tertio recogitet de odoratu. Si in
vino odorifero delectationem quesivit. Si a-
romata secum tulit. ut magis redoleret.
et ex hoc amabilior fieret. De gustu.
¶ Quarto recogitet de gustu. Si cibum
et potum magis avide sumpserit. Si in hoc
mensuram necessitatis excesserit. Si dei
beneficia sine debito timore et sine de-
bita gratiarum actione sumpserit. Si ieiunia
consueta ecclesie magis ex necessitate

q̄ nc̄te soluit. ⁊ si ad soluendū
etiā alios i duxit. Si p excessū
cibi ⁊ potus mētis ebetudinem
vl' ebrietatē. siue ⁊ vomitū incu-
rit. Si in opibꝫ pnīe ⁊ rigoris
mīg mollis ⁊ remissꝰ fuit. vtēdo
vestibꝫ mollibꝫ. stratu molli. ⁊
cibis delicatōribꝫ. nō p̄cisa ne-
cessitate cogēte. sꝫ mollicie instigā-
te. De tactu. ¶ Quinto recogi-
tꝫ de tactu si se vl' alios ī pudi-
ce ꝯtrectauit. Si ~~exputa~~ expe-
tulancia, tactꝰ ꝓprij delectacōm q̄-
siuit. Si pollucōm voluntariā p-
curauit. Si p amplexꝰ ⁊ oscula
fēias ꝯcitauit. potissīe locis ⁊
tp̄ibꝫ sacris. puta ieiuniorū ⁊
ī dulgēciarū. q̄bꝫ debuit deuo-
cior extitisse. De x. p̄ceptis
¶ Deinde recogitet. si p̄ctauit
in decē p̄ceptis dn̄i. Pmo si creatorē
suū ex toto corde ⁊ tota aīa sua

p̄ oīb; et sr̄ oīa nō dilexit. et si fer-
uēcius dilexit creaturam aliquā
q̄ creatorē. Et mg̃ caduca et tē-
p̄alia amauit q̄ celestia et dīna.
Si ē in mādatis dei meditatus
nō fuit. si ea ope ad mīplē cō-
tēpsit. Si de bn̄ficijs dei sibi et
toti eccl̄e īpensis īgratus extitit.
nec sibi p eis debitas gracias
p̄soluit. Si bn̄ficiū passiōis dn̄i-
ce cū intima cōpassōe īcorde suo
nō reuoluit. Si p̄ximū non di-
lexit sicut se ipm̄. ¶ Sc̄do reco-
gitet si nom̄ dei sui īvanū as-
sūpsit. vane et friuole īaniter
et dubie ul ē ficte uirando.
Si fl̄itatē sciēt et delibate iura-
mēto fr̄mauit. Et si p̄sortilegia
īcātacōes. ꝯiuracōes. ꝯtractū ali-
q̄ cū demone h̄uerit. Tercio.
¶ Tercio si sacros dies violauit.
īeis manualr̄ op̄ando. ul etiā

laborari faciendo. Vel si talibus
diebus plus studuit lascivie et
dissolucioni. quam orationi et devocioni.
ut puta si in eis coreas duxerit.
vel spectacula mimorum vel taber-
nas et alias huiusmodi frequentaverit.
¶ Quarto si patri et matri inobediens
fuit. Si eos ad iracundiam provoca-
vit. Si eis debita obsequia honoris
et reverencie secundum preceptum dei non
exhibuit. Si parentibus spiritualibus
puta sancte matri ecclesie et eius prelatis
vicem dei gerentibus debitam reveren-
ciam et honorem non detulit. Si pressu-
ris et necessitatibus ecclesie compassus non
fuit. Si eius oppressiones pro posse non re-
levaverit. nec pro earum relevacione
ferventer oraverit. ¶ Item. Quinto
si contra proximum falsum testimonium tulerit.
Si de falso ipsum accusaverit et ac-
cusantibus consensit ¶ De furto

at et mechia. et ceteris preceptis infra
in vij capitalibus viciis patebit.

De sex operibus misericordie.

Deinde recogitet. si in sex o-
peribus misericordie tam spiritualibus quam etiam
corporalibus offendit. puta. Si nu-
dum non vestivit. Si esurientem non re-
fecit. Si peregrinos et hospites
propter deum non collegit. et colligi
procuravit. Si infirmos et in capti-
tate detentos non visitaverit.
Si mortuis sepulturam non ex-
hibuit. Similiter et si discordantes ad
concordiam non reduxit. sed potius
ad discordiam. iram et rixam concita-
vit. Si tristibus consolacionem non adhi-
buit. Si pauperibus et afflictis compassus
non fuit. nec eorum indigencias pro
suo posse supplevit. vel rele-
vavit. sicut vellet proprias relevari.
Si pauperes et mendicos derisit vel
despexit. Si et eos cum indignacione
repulit. Si eis retraxit. per quod

alij retrahi potant. ne eis benefa
cerent. Si salubre consilium petentibus
non impendit. Si salubri consilio non
acquievit. Si errantes pro suo posse
non reduxit. Si quocumque opus bonum
corrupta intencione coinquinavit.

De septem sacramentis.

Deinde recogitet in septem ecclesie
sacramentis puta. Si sacramenta et minis
tros ecclesie et totum clerum non in
debita veneracione habuit. Vel si sa
cramenta ecclesie maxime communionis
et ordinis indigne suscepit et tra
ctavit. Vel si alijs ea sine debita
devocione et reverencia ministravit
Si sine sufficienti contricione et sincera
confessione aliquociens communicavit. Si ad
confessionem se cum debita contricione et
peccatorum suorum diligenti discussione
non preparavit. Vel si post confessionem a pec
catis se diligenter non cohibuit.
Si recidivum passus fuit. Si

De vij vicijs capitalibus.

De inde recogitet si peccauit in vij
vicijs capitalibus. Et primo in superbia cor-
dis. quia peccatur per cordis extollenciam.
et elacionem. per laudem humane et in animo
glorie appetitum. querendo laudem de bonis
operibus et virtutibus. Item per ypocrisim et
simulacionem. ut si voluit apparere me-
lior quam fuit. Item per presumpcionem. reputan-
do se alijs meliorem. potenciorem et
doctiorem. per appetitum honoris et preside-
ncie. ut si se voluit preferri alijs. Si
gloriatus sit in corde. quod alijs preferretur.
Item per indignacionem. ut si honorem alijs
impensum. grauiter tulit. Item per ingra-
titudinem. ut si dona sibi a deo
concessa. propriis meritis ascripsit. Item
per temeritatem et retinenciam. ut si
occulta ipsius iudicis temere diffi-
nit. Vel si contra flagella sibi a deo
propter correccionem immissam remurmurauit.

De superbia oris. Deinde recogitet
si peccauit in superbia oris. iactanter

De superbia cordis

se verbis ostentando. Si iactanter dixit
se fecisse illud quod non fecit. sive scire
quod nesciebat. vel habere aliquid quod non habebat.
Si verba derisionis insultacionis et obpro-
brij alijs per elacionem dixit. Si cum
alijs rixando verba comminatoria pro-
nunciavit. Si se ipsum commendavit de
sciencijs. divicijs. nobilitate generis et
parentum. Si bona sua ostentavit. Si
mala sua propter spem ypocrisis vel
sanctitatis occultavit. Si aliquem gratia
amoris excessive commendavit. Si
per gratia diloquium de se magna gaudia
sensit. suum consilium. dictum vel factum
alijs preferendo et aliorum factum contemp-
nendo. Si sanctos blasphemavit. vel
eorum miraculis detraxit. De
superbia operis ¶ Deinde recogi-
tet. si peccavit in superbia operis.
Superbe incedendo collo erecto.
in veste ornata in cirotetis in

sertis. in calceis rostratis. zonis.
bursis. et cultell' curiosis. in aliorum
vilipensione. Si propter malum pudorem
de parentibus pauperibus verecundiam habuit.
vel eos sibi attinere negavit. Si dicen-
tes et potentes sive vero sive falso
propter superbiam sibi in consanguineos as-
cripsit. Si per ypocrisim et simulacionem
boni operis sub specie humilitatis su-
perbiam occultavit. vel per humilitatis
abiectionem et contemptum elacionem in-
tendit. Si de scientia. fortitudine.
pulchritudine. eloquencia. ingenio. pru-
dencia. pietate. honore et cunctis
bonis sibi a deo collatis. vane
gloriatus fuit. Si dei ecclesiam super-
be introivit. Si in bono opere
et divino servicio. legendo. cantan-
do. orando. plus hominibus quam
deo placere studuit. et in hiis

famam propriam et fauorem populi
appetiit. Si potestate sibi tradita
ab usus fuit. eam indigne ex
equendo. vel indebite usurpan
do. vel se ad eam presumptuose et
impudenter ingerendo. Si per obstina
cionem mentis increpaciones odi
uit. Si per eas emendari noluit.
vel per eis deterior factus fuit. Si
per rebellionem et mentis obdu
racionem bonum aliquod impediuit.
vel cum posset ut fieret non audi
uit. De inuidia cordis.
Deinde recogitet. si per inuidi
am peccauit. et primo in corde
de bonis et prosperitatibus dolen
do proximi. et de malis et eius aduersi
tatibus gaudendo. siue talia per
se ipsum vel per alium. vel per diuinam
iusticiam impendantur. Si per ma
las insidias obseruauit. quomodo.

proximum verbo vel facto. aut et exemplo
caperet. ut ei detraheret. Si per detrac-
cionem veram vel falsam bona eius quam non
dilexit. vel quam sola suspicione
inimicum reputavit. inhonoravit vel
eciam occultavit. Si cupiditatem vel
ascendi habuit pro iniuriis illatis.
Si per iniuriarum memoriam in livorem
exarsit. De invidia oris.
Deinde recogitet. si per invidiam
peccavit in ore. de proximo nominan-
do. eidem iniuste detrahendo. de
ipso in debite conquerendo. et false
accusando. Si per susurracionem malis
persuasionibus. vel falsis relacioni-
bus inter aliquos discordiam semina-
vit. Si pro pace et concordia labora-
re renuit. sive per negligenciam vel
tedium laboris. vel eciam per nequiciam
hoc obmisit. Si crimen vel defectum
proximi ad alterius noticiam deduxit
Si secretum alicuius prodidit. De in-
vidia operis. Deinde recogitet

si p̄ inuidiā peccauit. in ope ma
liciose alicui nocumentū rei. bo
noris ul p̄sone p̄curando. p̄di
cōes. discordias. ⁊ aduersiones
ꝯt ipm aperte ul occulte ma
chinando. curuo uultu ipm ispi
ciendo. ul p̄ liuorē ab ipo faciē
auertendo. si loq̄lā eidē negauit.
si bo ipius uerbo ul ope p̄uertit
ul diminuit. ul impediuit.
si occasōm sibi nocendi cōsiuit.
si aliq̄ ab amore ul adiutorio
eius retraxit. si oportunū subsi
diū cōsilij ul auxilij cū potue
rit nō impēdit. si iure iurā
do malū suū in aliū retorsit.
ul ut ipe euaderet. ul ut ex ho
inocēs appareret. Seq̄ de ira
⁊ primo de ira cordis.
Deinde recogitet. si peccauit
p̄ irā. ⁊ p̄o in corde p̄ inflāma
cōm p̄ indignacōm aliū despi
ciendo in corde. ⁊ p̄uipendendo

p ai i moderata motom z i stabilitē
p racois turbacom. p mētis ceci
tatē. ut nō possit pre ira discer
nere q̄ sit equū. De ira oris
Dicto recogitz si peccauit i ore
vba turpia euomendo. lites et
cōtēcōes suscitando vl sustinendo.
p apertū odiū vl p occultā ma
chinacōm. Si ad procurandū ma
lū cōt aliq̄ cōiurauit. Si in
nocumētū alterius cōspirauit. Si
clamose maledicōes. cōtumelias.
blasphemias. nimias vitupera
cōes iniquas. z detracōnes
falsas. siue iniusta obprobria
irrogauit. Si malū cōsiliū i
pēdit. i nocumētū alterius z ruī
nā. Si p aperto odio vl latēte
rancore. iurgia cōcitauit. Si p
cōfidēciā clamoris veritatē agni
tā impugnauit. Si p blasphemi
am de dei bonitate. potēcia z iusti
cia aliq̄ indignū sensit. vel

ulo asseruit. Tercio recogitz si pec-
cauit per iram in opere. Si ingressu pre-
sumptuoso. gestu inordinato. Si
per vindicte appetitum alicui iniuriam
intulit. Si per odium aliquem flere inci-
tauit. Aut per ulcione ipsum accusauit.
Si in accusando dubia pro certis asseruit.
vel si aliquid ex sola suspicione in-
pinxit. Si ex rancore aliquem false con-
dempnauit. Si iniquam sententiam pro precio
rancore uel odio contra aliquem in-
tulit. Si nocumentum alicui intulit.
in rebus. honore et fama. uel etiam in per-
sona ipsum percutiendo. vulnerando. uel
etiam mortem procurando. Si in lapidacionem
uel perdicionem consensit. Si procuran-
tibus fauorem et auxilium impendit.
Si egritudinem alicuius dolose per
maliciam uel in caute per impaciam
augmentauit. Si per rancorem alicui
petenti et indigenti oportunum con-
silium uel etiam auxilium subtraxit.

De accidia cordis

Deinde recogitet si peccauit per
accidiam et primo in corde per pusillanimi-
tatem. ut si timuit non timenda. puta
obmittendo spiritualia ne perderet temporalia.
vel si nimis doluit de re temporalis a-
missione. si pretiorem malum consensit. ne
ipsum offenderet. Item per mentis ebe-
tudinem. per cogitationis euagationem.
curiosa. seruatiua et illicita cogitan-
do. et non cogitando de dei beneficiis.
et horis canonicis. et diuinis laudibus.
Item per immoderatam tristiciam. rationem ab-
sorbentem. et quandoque in desperationem in-
ducentem. per mortis appetitum. per
mentis mollitiem. vt si fuit fractus
in aduersis. et eleuatus in prosperis. per ve-
cordiam mentis. ut si se a bono in-
cepto retraxit. vel si timuit ag-
gredi quod bonum fuit. Item si mur-
muracionem contra deum habuit. vt si dei
iudicia reprehendit. vel deo placi-
ta non dilexit. Item per obliuionem
dei. ut si terrorem iudicii extremi

no cogitauit. Item p negligentiam eter-
ne beatitudinis. ut si eam affectuose
no appetiit. Item si ppter delectacionem
mundanorum penitentiam contempsit. De
accidia oris. Secundo regitur si p acci-
diam peccauit ore. tepide orando
sine feruore deuocionis et attencione
cordis. Si ppter tedium vite horas
suas male et tepide dixit. Si cum
in paciencia et amaritudine cordis ali-
cui acerbe respondit. De accidia operis
Tercio recogitet. si p accidiam pec-
cauit in opere. quia peccatur p sompnolenciam
p ignorancia affectatam. ut si pui-
pendat doceri. si fugiat laborem discen-
di. Item p pigriciam boni operis. ut si
bonum quod scire poterat. p negligenciam non
didicit. vel illud quod sciuit. p tepidi-
tatem et malam voluntatem no docuit.
p instabilitatem mentis et corporis de
loco in locum dissolute vagando.
Item p tarditatem penitendi. confiten-
di et satisfaciendi. Item p obmis-
sionem. ut si de penitencia iniuncta no

satisfecit. vel eam in peccato mortali con-
tinuauit. Item per ocium boni operis. ut
si per negligentiam et tedium cessat a bona
cogitatione. a sancta exhortatione. a uir-
tuosa operatione. Si negligenter et cum
fastidio uerbum dei audiuit. vel ab
audiendo et uerbum dei per ineptam letitiam.
per corporis lasciuiam. per societatem ua-
nam. siue noxiam alios auertit.
Si per pigritiam et malam uoluntatem ig-
norantes non instruxit. nec erran-
tes reuocauit. Si propter timorem uel
fauorem humanum. ueritatem suppressit.
Si malum operantes libere non corripuit.
Si per sui negligentiam siue occasionem
mali exempli casum proximi non preser-
uauit. Si precepta dei scienter trans-
gressus fuit. vel ea seruare con-
tempsit. Si votum quod in baptismo pro-
misit abrenunciare dyabolo et
pompis eius transgressus fuit. post
modum ei in multis illicitis co-
gitationibus et nefariis operibus.

consenciendo. Si aliquid aliud votum so-
lempne vel privatum. pacti vel propositi pro-
fessionis vel ordinis transgressus fuit.
et hoc vel per mentis in herciam. ut
cum potuit persolvere non fecit. sed ne-
glexit. vel non soluit eo modo quo debuit.
vel est per contemptum vel si contempsit red-
dere cum posset. vel non doluit quod non
posset. Si tedium habuit ad vigilias
surgendi. studendi. orandi. ministran-
di. cantandi. legendi. et divinum offi-
cium persolvendi. De avaricia cordis

Deinde recogitet si peccavit per avari-
ciam. et primo in corde ferventer magis
concupiscendo res. divicias. et honores.
prosperitatem temporalem magis appetendo. Item
recogitet si per temporalium sollicitudinem
spiritualia neglexit vel contempsit. Si
curis talium se per amorem sollicitu-
dinis voluntarie se ingessit. Si aliorum
bona etiam cum ipsorum diminucione
vel minoracione appetiit. Et si talia
bona. puta sciam. pulchritudinem. et
divicias. et cetera huiusmodi non ad laudem

dor. sed ad fastum mundi appetiit. De a-
uaricia oris ¶ Secundo recogitet si per auari-
ciam peccauit ore ut si pro rerum conse-
cucione aliquibus adulatus fuit. Si blan-
diciis promissis. uel muneribus aliquem
dolose circumuenit. ut aliena acquireret.
Si mendaciter rem aliquam ultra valorem
iusti precii estimauit. Si in tali estima-
cione dolose sciens uel incaute peruira-
uit. Si iuramentum quod de ualore uel
sollucione rei prestitit fide interposita
uel tactis sacrosanctis postmodum vio-
lauit. Si rem vendibilem plus con-
stitisse quam constitit vera mente men-
daciter affirmauit. De auaricia operis
¶ Tercio recogitet si per auariciam peccauit
in opere puta si ex cupiditate rem
proximi furtiue et indebite subtraxit
uel eam sine scitu et voluntate sua di-
ucius retinuit. Si solucionem debi-
ti procrastinauit. Si per adulacionem
nimiam uel fraudem uel etiam ypocri-
sim aliquid extorsit. Si mutuum presti-

tit. cum voluntate et spe aliquod comodum vel
lucrum reportandi. Si per munerum re-
ceptionem personas peccantes indebite subper-
tavit. ac per spe a veritate et iusticia
declinavit. Si per falsam computacionem re-
alia debita retinuit vel subtraxit.
Si alienum per pudore vel avaricia cum
posset reddere non restituit. Si patrimonium
crucifixi prodigaliter et carnaliter in
propinquos vel malos usus expendit.
Si per symoniam pace vel precio aliquid
recepit. Si per sacrilegium res ecclesie
vel oblata dolo vel fraude vel vio-
lencia recipiat. vel deposita in ec-
clesia vel violenter vel furtive au-
~~ferat~~ abstulit. Sexta de gula cordis.

Deinde recogitet si peccavit per
gulam. et primo in corde appetendo im-
moderate cibaria delicata. vel quan-
na requirat vel status personalis ex-
poscat. Si circa ciborum vel condimentorum

meditacōm & ordinacōm supfluam
curā & sollicitudinem habuit. De gula
oris. ¶ Secundo recogitz si per gulā
peccauit ore, nimia loquacitate, sermo-
nis procacitate, secretorum reuela-
cōe, rixarum concitacōe, si ex cra-
pula uane iurauit, si temere quod
iurauit impleuit. De gula operis
¶ Tercio recogitz si per gulā peccauit
opere, cibum & potum ultra nec indige-
ciam sumendo, si nimis frequenter
& auide cibos preciosos & delicatos
sumpsit, si ieiunia consueta sine neces-
sitate & indigencia non soluit, nec
alios ad soluendum induxit, si ex
nimia frequencia & auiditate sumen-
di fastidium appetitus nauseam stoma-
chi uel vomitum uel mentis ebe-
tudinem difficultatem ad bonum ex-
equendum uel & ebrietatem incurrit.
De luxuria primo cordis.
¶ Deinde recogitz si peccauit per
luxuriam & primo in corde per malas
sim-

cogitaciones / in pravis delectacionibus / in memo
ria delectabili preteritorum peccatorum cogitando
quod dulce sit peccare / Secundo recogitet si pec
cavit per luxuriam ore puta si per verba
impudica / ad luxuriam alios incitavit
vel de tali materia ab aliis libenter
audivit / si falsis promissionibus feminas
decepit / si per cantilenas amorosas si
ve fabulis scurrilitatibus feminas
feminas provocavit / De luxuria operis
Tercio recogitet si per luxuriam peccavit
in opere. et primo per fornicacionem si fuit so
luta / vel vidua virgo vel corrupta.
Secundo si peccavit per adulterium ut si
altera vel utraque personarum est ligata.
Tercio si peccavit per incestum puta cum
sanguinea vel affinitate corporaliter vel
spiritualiter. Item quociens puta semel
vel pluries et ubi puta loco sacro vel
non sacro. Item Quomodo puta si naturalem
debitum modum servavit / Item Qua in
tencione puta racione amoris vel odii

luxuria oris

lucro vel delectacionis. Si raptu vel vio
lencia aliquam oppressit. Si se ad peccan
dum tactibus excitavit. Si motum nature
per species calidas provocavit. Si aliquibus
mulieribus cuiuscumque condicionibus existeret
et sua sollicitacione lapsum prescitit et
maxime coniugate. virgini vel simplici
vel velate. Si se ornavit ut femi
nas eius provocaret. Si se inunxit
in facie quemadmodum solent mulieres fa
cere ut formosior et rubicundior esset.
Si spectacula mulierum frequentaverit. Si
per sortilegia et incantaciones aliquam
ad sui amorem provocaverit. Si ve
nena sterilitatis vel aborsum procura
verit vel consensit. Si debitum viro
petente maliciose puta quia scit aliam
plus amari vel se non diligi vel
ne sentiat dolorem pariendi vel ne

gravetur paupertate vel labore educandi vel
quia dedignatur et odit societatem viri.
non reddit vel negavit. Conclusio
De istis et omnibus aliis peccatis suis sive
occultis sive manifestis. oblitis vel
voluntarie vel maliciose preveniendis
vel nequicia ~~obm~~ ne confiteretur ob-
missis. vel aliter quam se reum sciuit
confessis. debitis circumstanciis tacitis
propriis seu procurantibus vel alienis vel
alteri directe vel indirecte occasi-
onem prestiterit delinquendi. verbis
factis. vel signis alios ad pec-
candum instigaverit. vel malis con-
siliis peccare consuluerit vel ad
peccandum promoverit vel a bono
impedierit vel exemplum malum pre-
buerit vel ne sua peccata confiteretur
verbis infectivis persuaserit. vel aliis

quibuscumque modis proximum scandalizavit. deum et beatam virginem mariam et omnes sanctos dei offendit. cogitacionibus perversis. locucionibus ociosis. verbis mendacibus et detractoriis et infamatoriis sepe. nulla necte cogente operibus malis. et bonis obmissis. Ad domino nostro ihesu xpo. beata virgine maria. et beatis apostolis petro et paulo et omnibus sanctis et a suo confessore proprio veniam et absolucionem deprecatur. per atque amissis recipere penitenciam salutarem. secundum arbitrium eius cuius clavibus se subiecit. cum proposito se ab illis in futurum abstinendi. Nota versus de hiis peccatis predictis. Versus de quinque sensibus

Visus. auditus. gustus. tactus. odoratus.

sensibus hijs quinque peccata confitearis

De decem preceptis versus

Unum crede deum, nec vana iura per ipsum.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non sis occisor, fur, mechus, testis iniquus.
Alterius nuptam, nec res cupias alienas.

De viiiis vicijs capitalibus

Ut tibi sit vita, semper saligia vita.

De septem sacramentis

Ordo, coniugium, fons, confirmatio panis
Unctio postrema, confessio sunt sacra septem.

De sex operibus misericordie

Vestio, potio, cibo, visito, simul
hospito, cumulo. Consule, casti Opera mis
ga solare, remitte, fer, ora. spiritualia

Articuli ad papam pertinentes

Pontificem queras, is qui succenderit ignem.
Sacrilegus, primum percussor, vel sodomita.

Qui facit incestum. de florans et homicida.
Et voti fractor / periurus. sortilegiusque.

Absoluitur ab infra scriptis quilibet per papam.

Per papam clerum feriens. falsarius vrens.
Soluitur et quisquis audet celebrare ligatus.
Ecce fractor. et qui communicat illi.
Symon si fueris nec fallit regula talis.

Talis debet esse confessio.

Pura frequens. humilis. simplex.
discreta. fidelis. integra. deuota.
lacrimabilis. accelerata. Obediens.
nuda. secreta. libens. verecun-
da. Accusans. fortis. et sit con-
fessio vera. Vt bona probatur. con-
fessio sic referatur. Si tibi no-
lenti contingit et inde dolenti.
Non est peccatum. nec contrahis inde rea-
tum.

Sic debet quis confiteri.

Cur. quid. vbi. quare. quantum. quis. quomodo.
quando.

Cum quibus et quociens. mora. delectacio. sexus.
Quilibet obseruans anime medicamina. sumens. vel dando.
Quantum. qualis. scelus. etas. scientia. sexus.
Condicio. tempus quoque locum. modumque nobis.

Quatuor peccata clamancia ad dominum.

Occisor. sodoma. vidue. merces famulorum. Ad dominum clamant. et voces audit eorum.

Nouem peccata aliena.

Participans. mutans. non obstans. non manifestans. Consilians. mandans. necnon adulans et emensque. Nouem peccata sunt. et qui colligit ista.

Obuenciones infra scripte absoluunt animas

Missa. preces. dona. ieiunia. quatuor ista. Absoluunt animas quas purgans detinet ignis.

Tpe fine. loco. p sca. cl prea caueto.

De lusoribus taxillorum.

Mentior irascor. blasphemo. scandala.
presto. Feneror et fallo. p uiro et
tpe perdo. sunt comites ludi.
mendacia uirgia nudi. parua
fides. furta maiores sablata
carta

Contra naturam pctm est. voluntaria seminis
proiectio. extra uas muliebre seminis de
putatum. hoc fit cum uir coit cum uiro.
uel cum muliere ad indebitum locum. uel cum bes
tia a alio animali. uel mulier cum muliere p
nefaria instrumenta. uel cum mulier cum se
ipsam tractando et titillando uel pruriendo
facit semen eicere qui molles dicuntur.
uel qui adeo uehementer de muliere cogitat. p
mulier de uiro. ut semen effundat. qui
ignominiosi dicuntur. et cum est voluntatis

ē mortale pctm. Cū vō fuit ꝯtra voluntatē tūc ē infirmitas q̄ dr̄ ignorare
ꝛ pueīt ex debilitate virtutis incentiue spmatis. ꝛ relaxacōe valorꝭ.
ꝛ ꝛ q̄nq̄ pueīt ex fortitudīe virtutis ex plꝰ sine spmatis ꝛ minu
calore humorꝝ incitante. ꝛ dr̄ amo
heroos. Q̄ si pueīt ex concupi
ꝛ nimio desidio mlris pcedente
pctm ē mortale. ꝛ intendꝫ ꝛ re
mittitꝫ. ꝯm cōsentacōm liberi ar
bitrij. Scire ꝛ debes q̄ pcta ꝯ
naturam gradatī sūt grauiora. q̄ pe
catū graue ē ignominie. grauius mollicies. huic grauius ē abusio m
lieris. huic grauius ē vicium sodomi
ticū. Sz grauissimus ē concubitus best
arum. vn̄ sis in iniquitatibꝫ multum
cautus. q̄ n̄ solū ē turpe loqui de ist
materia sz ꝛ cogitare.

ΦΡΑΤΕΡ ΜΑΡΚΟΣ
I 5 pim festos hugonis

ΦΡΑΤΕΡ ΜΑΡΚΟΒ
I 5 pim festos hugonis

filii

Ime dico vobis et ipsi mandi-ravitis carne filii

Sanctorum omn

Beati immaculati in via

qui ambulat in lege dni

beati sunt

Beati immaculati

in via qui am

K
LYCEAL
BIBLIOTHEK
ZU
LAIBACH

NARODNA IN UNIVERZITETNA KNJIŽNICA V LJUBLJANI

x-rite
colorchecker CLASSIC
mm